



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 39. Epistola ad Thessalonicenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

§. XXXIX.

Sæculum I.

A. C. 50.

Epistolæ ad Thessalonicenses.

Corintho S. Paulus duas epistolas ad Thessalonicenses dedit, quæ sunt ordine temporis primæ, sed fuerunt postea secundum Ecclesiarum Dignitatum dispositæ. In ambarum principio ponuntur nomina duorum Discipulorum, qui cum ipso erant, Sylvani, & Timothei, Sylvanus enim idem est, qui Silas. In prima cum tenerrimi amoris indiciiis Fideles Thessalonicenses consolatur, & roborat in medio afflictionum eorum, quas a suis concivibus sustinebant. Exhortatur, ut in observatione præceptorum perseverarent. Eleemosinis, quas in totam Macedoniam spargebant, fratres juvare pergerent. Laboris amantes, & quieti essent; bonam famam apud paganos conservarent. Monet etiam; de morte amicorum non tristentur, propter spem resurrectionis; & expectarent diem Domini, sine sollicitudine, & curiositate sciendi adventus diem. Vigiliis, & bonis operibus confiderent. Commendabat illos, qui operi Dei ministrabant, eos regebant, & exhortabantur, id est, Presbyteros, & Pastores. Rogabat, ut illis charitatem abundanter impartirentur, & cum iisdem pacem haberent. In fine obsecrat, ut coram omnibus

I. Thess. 5.

12.

G 2

bus

Sæculum I.
A. C. 50.

bus fratribus sua legatur epistola. Talis est ad Theſſalonicenſes prima.

Secunda ideo potiffimum ſcripta, ut eos metu liberaret a falſis rumoribus, qui in vulgus ſpargebantur, imminere diem Domini. In memoriam revocat, quæ

Chryſoſt. ad eis a ſe dicta, addens: Tenete traditiones, quas accepiftis ſive viva voce, () ſive per epistolam meam.* Unde clarum fit, Apoſtolos plurima docuiſſe viva voce, quæ non minus, ac ſcripta, fide digna ſunt. Deinde comminationibus ſeveris turbulentos, & ignavos terret.

*2. Theſſ. 3. Si quis, inquit: mandatis noſtris non obedit, notate, & cum eo non communicate, ut ferat confuſionem; (**) attamen eum non reputate inimicum, ſed tanquam fratrem corrigite.* Finit his verbis: *Hæc ſalutatio eſt manus meæ*, indicium faciens, quomodo cognoscerentur ejus epistolæ.

§. XL.

Seditiones Judæorum.

Jof. XX. Interea magni motus inter Judæos, & ant. c. 5. 11. Samaritas Palæſtinam turbabant. Judæis

(*) Ex his Apoſtoli verbis traditiones contra Hæreticos probantur.

(**) Hic habemus exemplum excommunicationis tempore Apoſtolorum.